

68	289	625	Aggregatum quadratorum numerorū supra positorū
8	14		Radix quadrata præcedentis aggregati scilicet 68. graduum.
0	17		Radix quadrata præcedentis aggregati scilicet, 289. minororū
0	0	25	Radix quadrata præcedentis aggregati, scilicet, 625, secundorum.

8 31 25 Radices quadratę simul additę, Has multiplica per 15. miliaria Germanica communia, & proueniunt 127, miliaria, 51. minuta, 15. secunda.

Quod si differentię longitudinum uel latitudinum, aut utroq; differentię minuta adheferint, erit intrandum duplici introitu, hoc modo: Intrabis primo cum differentia longitudinum & latitudine intermedia proximo minoribus, & angulum communem extra notabis, eum, deniq; angulum communem conferas ad numerum immedietate sequentē maiorem, & de differentia horum numerorū, accipies partem proportionalem, secundum proportionem minorum, iuxta gradus integros latitudinis intermedie existentium ad 60 minuta, quemadmodum in principio huius operis accepisti.

Subtrahendum quidem semper ab angulo communi, eo quod sequens numerus in area tabulę semper minor angulo communi sit, quam partem proportionalem seruabis seorsum cum nota minutionis uti res ipsa exigit. Deinde pariformiter conferes angulum communem memoratum ad numerum ei collateralem uersus dextram, si illic repertus sit, sin uero colligetur ex numero collecto & expanso, sicuti etiam in præcedentibus accepisti in declaratione tabularum, & de differentia anguli communis, numeriq; collateralis, accipies partem proportionalem, secundum proportionem minorum differentię longitudinum ad 60. quę erit semper addenda, eo qd numerus collateralis angulo cōmuni semper maior sit. Hęc itaq; duę partes proportionales, si æquales fuerint, angulus communis intactus relinquitur. Si inæquales extiterint, differentia earum addetur angulo communi, si maior pars proportionalis addenda erat aut minuetur ex eo, si maior minuenda erat, & quod colligitur, commonstrabit gradus & minuta æquatorum qui debentur gradibus & minutis longitudinum differentię propositę extra æquatorem in parallelo proposito. Exemplum accipe: Norinberga Germanię centrum, habet gradus longitudinis 31. minuta 30. Latitudinis uero 49.0. Roma urbs Italię clarissima, habet gradus longitudinis 36. minuta 40. latitudinis autem gradus 41. minuta 40. Differentia longitudinum est graduum 5, minorum 10. Latitudinum uero differentia est graduum 7. minorum 20. Erit ergo latitudo media graduum 45. minororū 20. Inuestigaturus igitur numerum graduum, & minorum &c. correspondentium gradibus 5. minutis 10. differentię scilicet longitudinum, intro tabulam præscriptam, cum latitudine earum intermedia proposita, ut docet Canon, uidelicet cum 45. gradibus ad sinistram in primo ordine numerorum, 5. autem gradus differentię longitudinum extra æquatorem in ordine numerorum in fronte tabulę descendendo in eiusdem numeri columnula, usq; aduersum 45, grad. latitudine scilicet media, & sibi accipio angulum communem graduum 3. minorum 32. secundorum 3. Cuius quidem anguli communis, & numeri in mediate subsequenti differentia est minorum 3. secundorum 39. quia subsequens numerus est graduum 3. minorum 28. secundorum 24. de qua scilicet differentia 3. mi. 39. 2. accipio partem proportionalem, secundum proportionem minorum 20. latitudinis intermedie ad 60. minuta, quę est minorum 1. secundorum 13. subtrahenda, similiter confero angulum communem ad numerum ei collateralem uersus dextram, qui est graduum 4. mi. 14. secun. 27. appellaturq; numerus collateralis. Eorum differentia est minorum 42. secundorum 24. de qua accipio partem proportionalem secundum proportionem